



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



VI
DISCURSUS JURIDICUS 27.
DE

CLAMORE VIOLENTIÆ,

vulgò

Getter-Beschrey/

QUEM

JESU DUCE

In celeberrima Gryphiswaldensi Academia

SUB PRÆSIDIO

Viri Nobilissimi, Consultissimi, & Excellentiss.

DN. PETRI MASCOVII,

J.U.D. & Professoris in hac Gryphica ordinarii,

Patroni, & Fautoris sui colendi

Publico Examine subjicit


AUTOR

BERNHARDUS *Fricse/*

LUBECENSIS,

Ad diem 13 Maij Anno 1674.

H. L. consuetis.



GYPHISWALDIÆ,

Typis MATTHÆI DOISCHERI Acad. Reg. Typogr.

11

22



IN NOMINE JESU!



Ostquam per primum parentis Adami peccatum, totum humanum genus, prohdolor! in ipsius vestigia perrexit, inaudita, & horrende subsecuta sunt crimina, quibus JEHOVAH ipse irritatus mundum in omne nefas ruentem, diluvii aquis perdidit: Post illarum vero refluxum, cum hominum multitudo iterum cresceret, non animadvertens amplius, neque animo recolens tantum, interitum, & stragem, priori modo in vitis, abominandis peccatis pergere, & antiquis nova inaudita addere coepit, imò inter quam plurimos, barbara & poenis gravissimis obnoxia vita acta fuit. Usque adeò, ut naturali quasi impetu ad vitia turpissima, homines ruerere coeperint, & adhuc prudentia naturalis aliaque ejusmodi arma eis connata fuerint, quibus quodvis malum expedire potuerint, atque ita vitiosam voluntatem, cum facultate conjunctam haberint & adhuc habeant. Unde non potest non esse homo animal quoddam nequissimum, cujus effrenem malitiae cursum demum cancelli civilis societatis impediunt, metum poenarum, & spem pramiorum ob oculos ponendo. l. 1. §. 1. de *Justitia & Jure*. Sicuti autem ante constitutas civitates mortales vi & armis, quod jure vel injuria petebant, persequabantur; ita statim post eas conditas secundum juris sanctissima praecepta relata in §. 3. l. de *Justit. & Jure*. l. 10. ff. eod. vitam instituire cogebantur. Regia autem manu primo gubernabantur, isque status dñi apud multos permanit: succedente autem tempore Legum reperta est sacra reverentia, & ne legibus fundatae civitates everterentur, apud varios varia judiciorum genera erecta, & ita malitia castigata quodammodo severe fuit.

Nonne etiam ; ut ad primum revertamur mundum, horrore & atrocitate abominandum crimen, in ipsis Adam liberis, fratribusque Caino, & Habeli Antediluvianis repertum, in quibus verum, quod non solum fover à genero tutus, sed fratrum quoque gratia & amicitia rara fuerit. Hinc senior in juniorem tam iramam rabie invalit, ut vita, & anima, effuso crudeli modo ipsius sanguine, illum priveret, & primi fratricidæ nomen hoc crudeli facinore in sese derivaret, ipsemetq; Cain, ab innocenti Abelis sanguine miro modo accusatus coram justissimi Judicis tribunali, & criminali judicio DEI, qui tali modo Cainum alloquitur ; Sanguis fratris tui, clamat ad me de terra ; seu clamor violentiæ, & accusationis sit de te ô Cain & accusatus es in judicio Divino pœnaque de te postulat facit fratricidii, das Blut deines Bruders schreyt Zetter über dich Cain. Tractari latè ex hinc nobis quæsiò posset occasione textus ex divinis Pandectis. An anima violenter occisi, occisori indignetur insensaq; sit, sive illum accuset ? Tangenda solummodo illa. Plato sanè *Dialog. q. de LL.* in hanc loquitur sententiam. Fertur interfecitum vi hominem, qui liberè vixit, interfectori proximo statim post mortem tempore irasci, ac propter violentam mortem, terrore, turbationeq; plentum, maximè si viderit interfectorem inter suos more solito vivere, interfectorem ipsum, ejusq; actiones, vim ad hoc suppeditante memoria, cunctis viribus terrere, atque turbare : Hinc Nerone[m] sæpe confessum, ait Suetonius, exagitari se matris suæ, quam occidendam curaverat specie, ac verberibus furiarum, & tædis ardentibus, eamq; ob rem factò per magos factò, evocare maternos manes exq; exorare tentasse. *Liv. lib. 3.* Virgineæ manes, per domos ad petendas pœnas vagatos scribit. Marianorum animas, Syllam sollicitasse legimus, item Orestem à matris umbra, & furiis agitatum. Plutarchus in *lib. de sera Numinis vindicta*, refert. Virginis Ceonices à Pausania trucidatæ phasma Pausaniam assiduis perturbasse terroribus imò manibus illius ad mortem usque exagitatum fuisse. Quomodo Otto à Galbæ manibus expulsus & cruciatur refert idem Suetonius : Sub *IMP. P. Caesaribus*. August. diu creditum manes caesorum, pavorem injicere noctu peremptoribus si per vim, & insidias perempti essent, ideo piacula ad placendos ma-

nes.

nes adhiberi solita. Sed hæc omnia ab antiquis sunt credita, quia corporeis affectibus, animas à corporibus sejunctas penitus destitui non putabant: quæ tamen sententia omnino improbanda, siquidem post mortem anima à corpore sejuncta, interfectori amplius succensere vel irasci non poterit, quia corpore caret, corde, & sanguine, in quibus ira est officina, cum ira sit accensio vel fervor circa cor: *Augustinus in lib. de Spiritu & anima* ait: mortuorum Spiritus eoloci esse, ubi quæ in hac vita aguntur, eveniuntq; mortalibus conspicerere vel audire non possunt. Distinguunt equidem nonnulli inter animas piorum & damnatorum, has iram gerere, illas minime, sed minus rectè. Abelis justæ anima fuit in manu DEI plena gaudiis, interim Atrocitas & facti crimen, imò ipsa innocentia, clamorem de impio fratre, ad cælos excitavit, ut agnosceret facinus & pœnitentia, grave delictum à sese in fratrem Abelem perpetratum deploraret; Formidabilis attamen ipsius sanguinis Abelis violentiæ clamor, ipsum quasi de tanto fratricidio, & commisso scelere accusans, apud justum vindicem DEUM, ubiq; admirandis judicii potentem. His in terris etiam observari videmus, in judicio criminali imprimis in Bannitorio, accusationem quandam & horrendam præconis innocentem alicujus criminis vocem: Clamor iste vocatur, das Zetter-Geschrey, & antiquum sane videmus hunc modum esse, unde Veteres in nonnullis delictis adhibuerunt hunc clamorem in criminali judicio, & quidem uti in oculis in usufuit jus Festræ, seu jus eruentationis: vulgò das Waarrecht/ de quo legi potest *Schottelius in libro, de Simularibus quibusdam, & antiquis in Germania juribus. Cap. 3. & Besold in Thesaur. pract. verb. Waarrecht.* Ita in notoriis delictis invaluit judicium Bannitorium das Bannrecht/ & in hoc das Zetter-Geschrey. Clamor violentiæ: De quo excusit gratiæ pauca quædam & in itinere conscripta publico Eruditorum examini subjicere JESU adjuvante animus est.

THESIS I.

Ratione ergò methodi facilioris & ordinis ipsam vocem primò examinabimus. Usurpatur enim & antiquitus adhibita fuit, imò hodiernum hæc vox des Zetter; Beschrens / in judicio Criminali, bey Hegung des ordentlichen / hoch-nobt; peinlichen Dalßs Gerichts. Quidam putant dici quasi etiam Zittern; Beschrey / ein zitterndes Beschrey / quod scilicet per horrendam hanc vocem & clamorem, terror & tremor audientibus incutjatur. *Albinus in Chronic. Misnens tit. 11. fol. 125.* hanc vocem derivat à latino citare, citiren / weil hiedurch die Thäter gleich als zur Verantwortung citiret werden. *Besold. Thes. pract. cit. loc. in fin.* Nos non rejicimus hæc rationes, ut potius eas servemus, quia quæque fundamentis suis constat: interim tamen antiquum hoc vocabulum esse intelligimus, & non semper una significatione venire.

TH. II.

In sacris Bibliis hac vocula Beatum Patrem Lutherum in versione germanica sæpius usum esse reperimus: sic legimus *Jerm. c. 12. v. 6.* Denu es verachten dich auß deine Brüder / und deines Vaters Haus / und schreyen Zetter über dich. Editio latina Tremellii & Junii ita habet, quandoquidem etiam fratres tui & domestici patris tui, etiam ipsi perfidè agunt in te, ipsi quoque post te convocant multitudinem, ne credito istis, quamvis alloquantur te bonis verbis: ibi sumitur, uti videre apertè est, de clamore seductionis: scilicet postquam in perniciem & casum traxerunt populum, perfidie isti addicti domestici clamorem adhuc plenis faucibus efferunt: quasi ipsemet populus in culpa esset. Sie führen das Volk erschlich hinein!

Hinein/ und darnach ziehen sie den Kopff auß der Schlan-
 gen/ und schreyen gar Zetter zur Sache: Sie alio modo su-
 mitur, apud Prophetam Amos: C. 3. v. 9. Verkündiget in
 den Pallästen zu Achdod/ und in den Pallästen im Lande
 Aegypti/ und sprecht/samlet euch auff die Berge Sama-
 rta und sehet/welch ein groß Zettergeschrey und Unrecht
 darin ist. Textus Auctorum ex Hebraica versione: pro-
 mulgate in palatiis Aschdodi, & in palatiis in terra. Aegypti,
 & dicite, colligite vos per montes Schomronis, & videte ve-
 xationes plurimas in ea & oppressos in ea: ubi sumitur de
 clamore iniustitiæ Israël's & peccatorum: scilicet Ach Zetter
 über das grosse Unrecht und böses Wesen: sicut & sequitur
 v. 10. Sie achten keines Rechts/ sammeln Schätze von
 Frevel/ und Raube in ihren Pallästen: ut ignorant face-
 re rectum, qui thesauros faciunt violentiæ, & vastationis in
 palatiis suis. Apertè igitur agitur de clamore violentiæ
 & iniustitiæ iudicum & Optimatum, qui modo ut thesauros
 sibi acquirant, jus in Hierosolyma vendunt. Porro sumitur:
 Judith. Cap. 14. v. 16. pro clamore stuporis, horroris, simul
 timoris, & terroris cum magna facti facinoris abominatio-
 ne; Post trucidatum etenim Holofernem, & audito faci-
 nore tantus inter Duces clamor excitatus fuit, Und es ward
 ein groß Zettergeschrey unter ihnen/ eorumque clamor &
 vociferatio magna valde in castris effecta est, unde adhuc
 hodiè dicitur Zetter und Wehe über diese Sache/ Zetter
 über solchen Menschen/ der diese Ubelthat begangen hat/
 Zetter solt einer hierüber schreyen und ruffen: Variæ vo-
 cis quidem acceptiones sunt, sed tamen omnes de miseria &
 dolore alienius facti sonant, Nos illam in Juridica significa-
 tione & fori criminalis usu retinebimus, contenti de voca-
 buli sive à *Cittiren* / sive à *Zittern*. Etymologia.

TH. III.

In Invictissimi & Gloriosissimi Principis & Imperatoris Caroli V. Constit. public. judic. *Artic. 87. de proclamatione reorum*: vom Beschreyen des Beklagten / vocatur das Beschreyen des Uebelthäters / ibi: mit dem Beschreyen der Uebelthäter / sol es im selben Stück auf Gegenswärtigkeit und Begehr des Anklägers / nach jedes Bericht guter Gewohnheit gehalten werden / wo aber der Beklagte unschuldig erfunden wird / also daß der Ankläger den Rechten nicht nachkommen wolte und nichts desto weniger der Beklagte Rechts begehret / so wäre solches Beschreyens nicht noht. Videtur quidem D. Remo in *Paraphrasi Nemesis Carol*: hunc articulum alieno positum loco, utpote qui illum de diffamatione reorum explicare voluit. Sed uti rectè multijugæ lectionis clarissimus jctus Matthias Stephani, in celeberrima hac Gryphis Waldensi Academia Antecessor B. M. in *Comment. ad Constit. Carolin. ad h. Artic.* annotavit, verius videtur esse intelligendum de proclamatione reorum per carnificem, quæ plerisq; in locis & adhuc moribus nostris frequentatur, dum carnifex sive licitor accusationem suam publicè quadam proclamatione instituere solet, ternis vicibus ad locum justitiæ in ipsa deductione rei. Eo modo sumitur in *Artic. 1. Tit. 2. lib. 4. Jur. Lub. in verb. und den Thäter beschreyen lassen*. Vocatur aliàs etiam das Geruffte. Sic latinis verbis exprimitur: Clamor Violentiæ, Accusatio cum clamore, Clamor accusationis, Clamor judiciarius, horrenda præconis vox in judicio criminali & bannitorio, Proclamatio rei.

TH. IV.

Definiri potest, quod sit actus quidam & processus in judicio Criminali & Bannitorio, in quo per accusatorem vel aliam personam, in hoc actu secundum uniuscujusque

jusque fori usum receptam, cum clamore commissum de-
 lictum publice proclamatur & manifestatur. Etsi enim de
 jure communi evidētia patratī criminis clamore accusato-
 ris non indigeat. *C. Evidētia. 9. X. de accusat.* Jure tamen Sa-
 xonico & moribus nonnullorum locorum accusationes in
 criminibus flagrantibus handhafftigen Thaten / cum cla-
 more institui solent, mit Geruffte und Zetter / Geschrey,
 2. Landrecht. 64. Daniel Moller semestrium *lib. 4. c. 33. n. 12.*
Besold. Thesaur. pract. verb. Zetter / Geschrey. Pro consuetu-
 dine ergo cujusque judicii criminalis, quando in judicium
 ducitur reus ferè usurpatur clamor ille violentiæ, das Zet-
 ter / Geschrey / Aht / Gericht / oder das Beschreyen des
 Ubelthäters. *Wehner. observ. pract. verb. Ahtgerichte /*
Zettergeschrey / ic.

TH. V.

Ipsa verò Processus hujus formula & actus clamoris vio-
 lentia in personam, quæ delictum capitale commisit, ele-
 ganter describitur à Chiliano Rdnig / qui & Regulus à
 nonnullis vocatur, in *process. suo Cap. CXLIII. p. m. 793.* cu-
 jus verba sic se habent: In terris Saxonis proclamatio
 vulgò appellari solet das Zetter / Geschrey / hocq; modo per-
 ficitur: Es tritt alsdann der Kläger für / usi bittet ihme den
 Frohnboten zu leihen / daß er der Frohne / seine des Frohnen
 geschliffene Wehre außzehe / und ihme dem Kläger dieselbe
 mit aewapneter Hand fürtage / das vergdnnet der Richter /
 und darnach gehet das Geruffte / das ist das Zetter / Geschrey
 dreymahl: Als nemlich Zetter über N. als Thäter / daß er
 N wider Gott und Recht vom Leben zum Tode gebracht /
 oder diese / oder jene Unthat begangen hat / und wenn das
 Zetter / Geschrey geschehen ist / so fraget der Kläger / ob er sein
 Zetter / Geschrey oder Geruffte vollführet habe und damit
 vorkommen sey / wie recht und gewöhnlich ist / darauff nach

B

Bei

Befragung des Richters antwortet der fünfte Schöppe/ er habe es vollführet und sey fürkommen/wie recht und gewöhnlich ist. So nimpt der Frohnbote das Schwerdt/ und legt's nieder auff die Erde/ oder auff eine Bank/ die man setzen mag entweder in der Schöppen Bänke/ oder ins Gericht/da Richter und Schöppen sitzen. Haftenus König/ qui juxta assertum Carpzovii mox cit. loc. solus ferè inter omnes Juris Saxonici interpretes ex professo quaedam de hoc processu annotavit: Vid. interim & ipse Carpzovius, qui omnium optimè post Königium hac de re scripsit & antecedentia hujus processus latè adduxit *inprax. Criminal. part. 3. quaest. 136. p. m. 295. 296.*

TH. VI.

Ad meliorem hujus formulæ intellectum verò quaedam cumprimis observanda sunt, (1) Quod clamor ille violentiæ, das Zetter/Selshren/ non modò in Præsentem reum, sed & imprimis in absentem, non tantum, quando quis in crimine, sed etiam si in fuga criminis deprehendatur, obtineat. Bart: *in l. 1. de recept. Consult. Sax. tom. 3. part. 3. q. 97. n. 13. fol. 451.* quin etsi reus in crimine vel fuga non deprehendatur, usus tamen ita observat, ut cadavere interfecti in locum judicii delato, contra homicidam fugitivum, aut latitantem accusatio cum clamore instituat, hinc plerumque & in judicio criminali bannitorio fit. Ratio est, ut facinus judiciali modo manifestetur, & perpetrator criminis ad judicium criminale solenniter invitetur.

TH. VII.

Si verò contra absentem instituat, tribus vicibus fieri debet; Est enim instar publicæ accusationis ac citationis, quæ semel facta ad condemnationem non sufficit, sed trina requiritur, etiamsi aliàs una peremptoria citatio vim trium citationum habere soleat, modò inserta sit hæc

hæc clausula: **Es erscheine N. N. oder nicht / soll nichts desto weniger ergehen / was recht ist. L. 68. ff. de judiciis.** In causis tamen criminalibus; ubi ex contumacia reus habetur pro confesso, & condemnatur; nunquam una peremptoria pro tribus sufficit, perinde ac in iudicio Feudali Vasallus ut contumax non potest feudo privari, nisi tribus vicibus conveniente tempore interposito fortè septem dierum spatio citatus venire recusaverit. 2. Feud. 24. §. 1.

TH. VIII

(2) Quinam per ministrum illum, qui Germanicè der **Frohnbote** appellatur, intelligendus sit? videtur hoc explicare voluisse Gryphiandrum de Weichbildis Saxonis C. 57. n. 8. p. m. 142. quando putat, quod **Frohnboten** sine quasi **Friedboten** & præcones pacis, quos Sylvius minores Scabinos vocat, sacri nuntii alias dicti, die an statt des Richters was gebieten oder verbieten / und man sich an ihnen nicht vergreifen darff. Besold. Tbes. pract. verb. Frohn. De illorum jure agitur in Artic. 56. & 61. lib. 3. Sächsischen Landrechts; ubi & in Glossa dicuntur Pedelli, unde hodiernum licet barbarè **Bödel** / item **Bedolia Bodeley** / quam vocem crebrò usurpat *Chron: Slavicum: Lindenbrog.*

TH. IX.

(3) Concernit ritum, quod gladium strictum & nudatum manu armatâ præferat præco. Mit gewapneter **Hand** / scilicet manu superinducta chirotheca plumbeola, & confirmat hoc etiam Chilianus Röntg d. l. p. m. 793. Tit. Proceß. in peinlichem Noth Halsgericht ubi simul docet, quæ circa hunc ritum inter urbes & pagos differentia, quisnam in his & in illis gladium præferat, & quibus cum ceremoniis deponatur, verba Konigii sunt sequentia: **Hie ist zu merken ein Unterscheid erslich mit dem Schwerde / daß es in redlichen Städten gemeinlich also gehalten wird /**

wie oben/ nemlich/ daß der Frohn das Schwerdt bloß mit einem Blechhandschuch trägt vorm Kläger her/ und egts nach ergangenen Zetter: Geschrey unbefragt ins Gericht nieder; Aber in Dörffern und eglischen Gerichten und geringen Städten trägt der Kläger das Schwerdt selber für Berichte/ und so ers nider legen wil/ das muß er mit Urlaub des Richters thun/ und ist also dieser *Ufus* und Gebrauch ungeschädlich; An eglischen Drthern/ als auffn Dörffern und in kleinen Städten/ hält der Richter das Schwert selbst an stat des Gerichtstables/ dieweil das Gericht wehret/ etenim:

Judicii signum Gladius monstrare videtur,

Quo malefactorum feritas cessare jubetur,

Ut latro frustetur, Rex tenet arma secus.

Gothofrid: Viterb: Gladius etenim sicut apud Romanos merum imperium, quod Præsides habebant, designabat. l. 3. ff. de Jurisd. l. 16. §. 8. ff. de offic. præsid. Hillig. in Donell. enucl. 17. c. 8 lit. pp. ita apud Germanos illorum Judicum proprius erat, qui Bannum Regium, hoc est, criminalem jurisdictionem habebant. art. 8. *Wrichbild.* adde Camerar. l. I. *Medic. Histor.* 76. Hinc Comes gladium tenebat, Scultetus baculum: gründlich Bericht. p. r. punct. 4. n. 22. Constit. Sigismundi Imperat: inter Statut. imper: Goldast. fol. 193.

TH. X.

Cæterum ubi clamor iste in judiciis criminalibus observatur, ex modico intervallo ter repeti solet, & quidem eo ipso momento, quo ad tribunal Judicis reus ducitur. Moller. in semest. cit. l. n. 14. Licet interdum accidat, ut hæc formula seu clamor hicce judiciarius differatur, scilicet si nomine accusati quispiam compareat, causas vel absentia ejus alleget, vel cur cum clamore judicium haberi non debeat, tum enim plerumque clamor ille

ille usitatus differri solet, & ita pronunciari: **Das das Zetter-Geschrey noch zur Zeit billig eingestellet werde.** *Befol-
dus cit. loc.*

TH. XI.

Progredimur jam ad personam, quæ hanc vocem in ju-
dicio edit, seu per quam clamor violentiæ proponitur vel ex-
peditur. Et quidem apud Saxones per Accusatorem ipsum,
accusatio cum clamore fiebat, 1. *Land-Recht / 63. verb. Da
sehe ich selber ihn selbst und beschreue ihn mit den Geruffe
te etc.* sic Chilian *Rdnig. Proccs. p. m. 798.* Mit dem Zetter-
Geschrey oder Geruffte / wie es das Sachsen / Recht-nem-
net / pfleget man ein *Gezäncke* zu haben / daß die *Becklags-
ten* / und ihre *Freundschaft* wollen / daß *Kläger* / das Zetter-
Geschrey in eigener Person thun solle / in aliis locis quam
plurimum fit per præconem, quem, quod horrendam ipsius
vocem supplicium nocentis confestim ut plurimū subsequa-
tur, den *Blutschreyer* vulgus appellat: *Der Frohnbohte / so
das Zetter-Geschrey verrichtet / wird genand der Bluts-
schreyer / weil auff solches nach dem Bannrecht oder Achts-
gerichte erschollenes Mord- und Zetter-Geschrey / das Blut
oder Leibes Straffe / des Thäters so fort zu erfolgen pflie-
get / Schottelius de singul. Germ. jurib. cap. III. p. m. 66. & Chilian Rdn-
nig / aber der Gebrauch gibt / daß es durch einen andern ge-
schehen midge / und pfleget man in tapffern Städten einen
sonderlichen Diener darzu halten / den heist man den *Bluts-
schreyer* oder *Blutredener* / der thut das Zetter-Geschrey
und auch die peinliche Klage / so mans haben wil. pag. 793. in
Argentiniensium Republica alias & alibi nota quoq; est hujus
personæ appellatio des *Blutschreyers*. Imò etiam nec raro,
in aliquibus locis ipsemet *Carnifex* vices hæc tenet, si scilicet
reus præsens, ac jam antea crimen confessus fuerit. Quod ite-
rum confirmat *Rdnig pag. 794* ubi: **Man thuts auch wol***

durch den Scharfrichter/ als in den Fällen/ da der Thäter gefangen für Verichte Persönlich geführet wird und sich vorhin in peynlicher Frage oder aufferhalben/ zu der Mißthat bekand hat. Ubi tamen mox addit. Wo aber ein Thäter ein redlich mann ist/ und hätte die That noch nicht bekandt/ ist auch noch nicht überwunden/ da soll der Blutredener oder ein ander diß Zetter/ Geschrey thun/ und nicht der Scharfrichter. Alibi ita expediri solet hic clamor, daß der Scharfrichter drey mal nacheinander öffentlich vor das Verichts Haus oder auff das Markt tritt und stricto gladio vivaque voce außruuffet: Wer klagen wil/ der klage feste/ quem morem in Pomerania & in hac Civitate observari audio.

TH. XII.

Cæterum de eo, quod ex Konigio in thesi præcedenti de non convicto adductum est, merito quis dubitat, & vix videmus, quomodo in nondum convictum clamor violentiæ institui possit: & quid sibi hoc velit, si aliquis non convictus esset de scelere, neque facti confessio aperta adsit, at tamen præconem, sive alium peragere debere clamorem? Sed cum Carpzovio hic potius facimus qui in *prax. criminal. cit. l.* hoc improbat & Reo nondum confesso aut convicto tantum abest, inquit Carnificem ad proclamationem admitti, ac ut prorsus omitti debeat juxta *Artic. 87. ordin. Criminal.* statuit, imò hoc sæpius factum se scire testatur. idem Carpzovius.

TH. XIII.

Delineatâ hoc modo breviter personâ perquam clamor violentiæ expeditur, ad ipsum Criminale judicium & personam accusatam accedimus & quidem, quod judicium attinet, fit hæc proclamatio, non nisi in criminali judicio, & plerumque etiam Bannitorio, in dem hochnothpeynlichen Hals;

Haß; und Achtgerichte. Sed requisita hic bene consideranda sunt, ut locum inveniat hic processus & adhiberi possit, violentiæ iste clamor, & quidem l. requiritur reum deprehensum esse in flagranti crimine, daß der Ubelthäter auff handhafftiger/ frischer That betroffen / vel ad minus daß die Klage in continenti beschehen/und nicht übernächtiget worden sey/ Landrecht. lib. 1. art. 7. §. ult. und soll das Zetter-Geschrey in dem Fall gestattet werden/wo eine unlaugbare/ handhafftige That ist. art. 64. Landrecht. lib. 2. Lud. Fach.conf. 3. n. 64. inter Conf. Mod. Piff. vol. 2. hinc ibidem in textu in fine, ita legitur: Wo keine handhafftige That ist/da mag man ohne Gerüffte klagen/ob man ohne Schaden bleiben wil/ergò wo einer nicht eine redliche Uhrsach hat zu klagen und beklaget einen darüber mit Zetter-Geschrey / so bleibe es nicht ohne Wandel / sondern muß Abtrag thun/ & ea propter injuriarum conveniri potest.

TH. XIV.

Sed hic meritò se elegans offert quæstio. Num si in processu judicii appareat, non cum clamore accusationem institui debuisse, tanquam pro tribus injuriis conveniri Accusator possit? Quod ab initio affirmandum videtur, cum pro verbali injuria toties actio detur, quoties diverso loco injurians consistens injuriosa verba repetierit. c. 1. X. de pen. Bartol. ad l. nunquam ff. de privat. delict. Sed contrarium verius est; quemadmodum enim in tali casu unum tantum judicium celebratum fuisset, & unum objectum crimen, ita clamor ille, quamvis pro more ter repetitus, eodemque loco & tempore, pro injuria quoque tantum una habendus esset non pro tribus. Dan. Moller cit. loc. n. fin. consentit Wehner. in pract. Obs. alleg. loc.

TH. XV.

Explicandum autem hic porrò venit, quid sit crimen flagrans:

Flagrans? Quid factum manuale, etne handhaffte That?
 Et quidem flagrans dicitur crimen, si quis in eo comprehen-
 datur, daß der Ubelthäter auff handhaffter/ frischer That
 betroffen werde/ sive in fuga criminis, nam fugiens ante fa-
 miliam iudicis vel accusatorem perinde punitur, ac ille, qui
 deprehensus est in ipso delicto per D.D. allegatos à Mollero
lib. 4. semest. cap. 33. n. 13. & fugiens videtur de sua iustitia &
 innocentia diffidere *id. dist. n. seq.* Crimen flagrans ergo est,
 ubi in facto manuali aliquis deprehensus est *Glos. Landrecht*
L. 2. art. 35. in princ. wer in handhaffter That eingezogen
wird/ den urtheilet man allzuhand/ & art. 55. & 66. lib. 2.
Landrecht artic. 9. §. 1. bricht aber. lib. 3. Landrecht. ubi di-
citur: Wenn ein Mann in handhaffter That gefangen
wird/ so richtet man wol über ihn binnen Frieden/ adde
Matth. Coler. de proces. execut. part. 2. C. 3. n. 77. & Carpz.
prax. Crimin. & ibid. allegatos Dd. p. m. 302. quin & si gladius
& arma in manibus delinquentis reperiantur, & ita captus
in iudicium adducatur, in flagranti crimine seu facto ma-
nuali deprehensus etiam dicitur, Matth. Coler. & Carpz. d.h.

TH. XVI.

Factum verò manuale dicitur etne Handhaffte That/
 so man einen ergreift in der That/ oder in der Flucht der
 That/ oder daß er Dieberey/ oder Raub in seinen Bewäh-
 ren hat/ da er selbst den Schlüssel zutruque an seiner Seiten/
 wenn man einen ergreift in der That oder in der Flucht
 der That/ nemlich in dem die That mit der Faust thätlich
 und mit Gewalt verrichtet wird/ oder kurz vorher verrich-
 tet worden/ imò refutare voluit Schottelius *de iuribus in Ger-*
mania antiquis derivationem vocis, quam Wehnerus *in observ.*
Pract. in verbo Handhafftiger That adducit, ubi ita loquitur,
 Vocatur autem manualis factio etne Handhaffte That/ daß
 etnem man also zugehaffet ist/ als ob ihm das an der
 Hand

Hand hanget. Notoriè inquit Schottelius, est contra derivationem & analogiam lingvæ Germanicæ, omnia enim in **Hafft** desinentia sunt derivata, & significant qualitatem, proprietatem aut copiam, sic dicimus, **Arthafft/ Derschafft/ Böshafft/ Glückhafft/ Mannhafft/** also auch **handhafft** **That/** so mit gewaltiger **Faust/** mit der **Hand** selbst gleich **tho** verrichtet. Wehnerus verò non approbat hanc derivationem, sed modò inter alias & hanc allegavit. Quid illis orthographicus scrutator existit, adire potest cit. Schottelii **Librum de Lingva Germanica,** ubi quam multa inveniet.

TH. XVII.

Reqviritur (2) accusatio in continenti sit facta, daß die **Klage in continenti** geschehen/ und nicht übernächtiget worden sey/ (quid sit übernächtigen/ oder eine übernächtige **That/** explicat Carpzov. p. 302. part. 3. *Prax. Criminal.*) antequam crimen pernoctaretur, aliàs accusatio cum clamore institui non potest: quia regulariter pro non notoriis criminibus und in übernächtigen **Thaten kein Acht, Bericht und Zetter/ Beschrey** soll gehalten werden/ Matth. Coler. part. 1. *decis.* 108. n. 12. cum ante omnia constare debeat de delicto, & quod illud à reo commissum fuerit. l. 1. §. *item illud. ubi Bartol. ff. ad Scium Silan.* atqui crimine pernoctato, reoque in crimine flagranti non deprehenso, de auctore delicti vix certò constare poterit. Carpz. *sup. d.l. p.* 299. ubi & responsum adjungit hisce verbis: **Und wird das Zetter/ Beschrey nach Belegenheit dieses Falls/ weil die That übernächtiget worden/ noch zur Zeit billig eingestellt. B. R. W. Mens. Jul. Anno 1633.** Jam si crimen in judicium deductum non sic conspicuum, aut, ut textus Latinus in *Art. 64. l. 2.* sonat, manuale oder **Handhafft/** cum clamore agi non debet, nisi prout supra diximus, injuriarum conveniri velit accusator,

vor, denn wo keine Handhafte That ist/ da muß man ohne Geruffte klagen/ ob man ohne Schaden bleiben wil. vid. Molker. d. l.

TH. XVIII.

Antequam verò de corpore delicti constat, de certo delinquente, inquisitio specialis institui nequit, nec clamor violentiæ locum habet, quod etiam Conditores Juris Lubecensis in *dicto ars. 1. Tit. 2. lib. 4. in verb. Was er seltschen Raub/ Leuten so auff der Nähe verhanden/ kund thun/* indigitare voluerunt. Quomodo de corpore delicti constare debeat, non una eademq; omnium est sententia. Sicuti delicta non sunt unius ejusdemq; generis ac qualitatis, dum quaedam occultiora, alia manifestiora, arbitrio Judicis relinquendum existimo, quando delictum verè perpetratum esse sufficienter probatum existimare velit. *arg. l. l. ff. de jur. de lib.*

TH. XIX.

Requiritur porro in processu proclamationis des Zetter: Geschreyes / (utpote de quo in specie h. l. agimus, non verò de requisitis ad iudicium bannitorium pertinentibus, quorum plura sunt, quam in hoc speciali actu) ut crimen perpetratum taliter qualificatum sit, utq; mereatur pœnam ultimi supplicii Reichbild. *Art. 38.* imò Glossa ibi expressè dicit, nullam accusationem cum clamore institui posse, mit einem Zetter: Geschreye/ oder daß keine Klage mit Geruffte angestellet werden möge/ nisi in tribus casibus, furû scilicet, homicidii & raptus *d. gl. n. 15.* hinc certè de qualitate criminis, quod commissum constare debet, ut ideò meritò in praxi recepta sit doctrina Angeli de Aretino, quod quando furtum vel aliud maleficium committatur, quod Judex mittere debeat ad locum pro reportanda occulta fide, an maleficium commissum sit, & si aliter processerit, teneatur in Syndicatu. *Ang. traft.*

de

de malef. verb. fam. publ. v. 108. § 114. Coler. d. l. n. 13. idemque & multò magis fieri debet, quando instituitur talis processus banni & clamoris des Zetter, Geschreyes/ Wehner, cit. l. in fin.

TH. XX.

Ex his verò jam satis superq; constare poterit, quod clamor violentiæ **das Zetter, Geschrey** non habeat locum in actionibus injuriarum etiam criminaliter intentatis. Nisi forsitan eo in casu, quando ultimum supplicium in injuriis locum habet, quod aliquandò ob has irrogari posse egregiè demonstrat Carpzov. *Prax. Crimin. part. 2. §. 94. num. 47.*

TH. XXI.

Appendicis loco (plura enim addere tempus prohibet) annectimus quæstionem : An scil. in Judicio Banitorio clamor violentiæ usitatus seu proclamatio rei **das gewöhnliche Zetter, Geschrey/oder das Beschreyen des Uebelthäters/** ad intercessionem Cognatorum & Propinquorum rei fugitivi omitti queat ? Et quod non omitti queat, militat hæc ratio, quod jure Saxonico & moribus nonnullorum locorum haud minima solennitas sit Judicii banitorii, ut accusatio cum clamore accusatoris vel Præconis **des Blutschreyers** instituat, unde sequitur hanc proclamationem, seu solenne quoddam requisitum judicii omitti non posse. Ac licet ab initiò aliter sentire videatur Carpzovius cum Scabinis Lipsiensibus, **daß das Zetter, Geschrey billig eingestellet werde/** ea propter quod per hunc violentiæ clamorem non solum ipsius rei, sed & ejusdem propinquorum, totiusq; familiæ fama & opinio multum gravetur, & dedecore maculæque afficiatur : siquidem ignominia, quæ contingit alicui, non pertinet solum ad ipsius accusati infamiam, sed & ad dolorem injuriamq;

fiamque liberorum ipsius: hinc æquissimum videtur in gratiam & favorem Propinquorum hanc proclamationem omitti. Rectius tamen prælaudatus Carpzovius concludit, quando differri posse ait, non planè omitti, ob stringentem illam rationem, quod requisita solemnia de substantia alicujus rei sint nec omitti queant, siquidem hoc casu proclamatio, seu ut loquitur, diffamatio rei, das Zetter Beschren/ non itaque planè omittitur, sed solum differtur usque ad executionem pœnæ, vel declarationem Banni: si nimirum reus perseveraverit in fuga, quod & verba Scabinorum (noch zur Zeit eingesselt) luculenter innuunt. Maneant igitur in usu solennitates ordinariæ, & ab antiquis temporibus probatæ & receptæ. Nos interim, cum plura addere temporis ratio non admittit, finem imponimus huic Discursui nostro: Gratias habentes DEO Ter Opt. Max., fatigantes illum porrò precibus, ut quando ipsemer sit venturus ad judicium novissimum Judex Gratiæ & Misericordiæ esse velit, & arcere à nostris partibus infernalem Præconem, ne æternum accusationis clamorem instituire possit; sed aspicere velit rogamus, Intertessorem & unicum nostrum Redemptorem JESUM CHRISTUM, qui nos ereptos ex infernalis Carnificis faucibus secum in Angelorum & Sanctorum consortio tandem in sempiternis gaudiis vivere faciat, hujus beatitatis ut etiam fiam consors, fac. ô CHRLESTE, & ut

Vivam cum justificatis:
 In ævum Æternitatis:
 oro suplex & acclinis:
 Cor contritum quasi cinis.
 Gere curram mei
 FINIS.

COROL

COROLLARIA.

1.

Us Civile ex Decalogo deduci potest; adeoq;
Leges Civiles circa Decalogum versantur ejus-
que quasi executores sunt.

2.

Falsò accusatur Tribonianus à scriptoribus
quamplurimis Ethnicismi & Atheismi, uti apertè
scribere audet *Cælius Rhodigin. Lect. antiq. l. 22.
cap. 20.* sagacis quidem ingenii virum fuisse, & ad
simulandum factum, impium quoque & Chri-
stiani cultus ex professo hostem, avaritiæ impri-
mis deditum, sic ut ad omnem lucelli auram Le-
ges fixerit ac refixerit, hinc fraudes spirans, pesti-
fero afflatu Imp. Justinianum, ita infecerat, ut
nunquam moriturum persuaderet, sed vivum
sentientemq; in Cælum translatum iri.

3.

Consociato maximè naturalis in Conjugio
apparet: sed ob sexus differentiam, Imperium
non est commune, sed maritus uxoris caput,
nempe in rebus conjugii & in rebus familiæ.

4.

Usuræ bestes, iis qui ergasteriis præsunt & lici-
tam negotiationem gerunt. *L. 26. C. de Usur.* qui-
dem sunt permixtæ, sed abrogatæ videtur per *Rec.*

C. 3.

Imper.

*Imper. Francof. de Anno 1530. & Anno 1548. tit.
von wucherlichen Contracten. Wormat. de An. 1586.
& novissime de Anno 1654. vers. Anreißend die
künfftige Zinsß und Interesse &c.*

5.

Decretum Gratiani, licet à privato homine
(ut eum *Antonius Contius Lect. cap. 10.* appellat)
compilatum, eandem auctoritatem habet, ut re-
liqui Juris Canonici libri.

6.

Reges & Principes in bonis Feudalibus licet
Vasalli sint, pro subditis tamen ea propter mini-
mè haberi possunt, nec Majestate destituuntur.

7.

Cum in Aureæ Bullæ Carol. IV. cap. 7. ex-
pressè cautum sit, ut proximus agnatus heredis
Electoralis, impuberis, usque ad decem & octo
annos completos, Tutor & Administrator exi-
stat: hoc jus agnato proximiori per testamen-
tum auferri non poterit.

8.

Fœdus Anseaticum licitum est, & Civitates
Anseaticæ jus Archivi meritò sibi vendicant.

9.

Civitatum Anseaticarum' Idemominatio',
quod dicantur *Hansestädte*, quasi ad mare sitæ
essent,

essent, an der See gelegen/ ut *Ratg. Kul. Wehn.* & alii quamplurimi sentiunt, vix rectè se habet: Verisimilius est, quod nomen acceperint ab antiquo Gothico verbo *Ansi*, quod denotat eos, qui ceteros mortales fortunâ & opibus antecellunt: unde adhuc hodiè apud Germanos, Helvetios & Svevos optimates à plebe factionem diversam foventes, die *Hansen* appellantur: Hinc *Ansisstädter* urbes negotiationibus, opibus & confœderationibus potentiores vocantur teste. *Besold. de Jure & Imperio Civitat. Imperial. §. 13.* longe hinc etiam errat *Goropius Becanus qui Francicor l. 2.* Ab *Ansie* quod est respicio vel rationem in re quapiam gerenda habeo, denominat.

10.

Imperii sedes, non nisi postulante summa necessitate est transferenda aut deferenda.

11.

Cum Turcis aliisque infidelibus foedus pacis, atque commerciorum inire licet; ac quoque defensivum, contra alias gentes infideles à vera fide alienas. Offensivi autem belli causa, etiam contra infideles, aut prætextu defensionis contra fideles & fidei fratres, vix puto foedus iniri salvâ conscientiam posse.

12. Fœ-

Fœdera cum infidelibus semel pacta rumpi non debent exemplo fœderis Josuæ cum Gibeonitis *Jos. 9.* quantas etenim rupta fœderum & induciarum jura miseras attulerunt, exempla perquam multa docent, memorabilis hinc Uladislai, Hungariæ Regis fortuna campi, ita ad posteros dicentis:

*Romulida Cannas, ego Varnam clade notavi,
Discite mortales non temerare fidem.*

